



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118316**

§. 121. Sermo Bessarionis contra additionem vocis Filioque.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](#)

**Sæcul. XV.** concessam esse demonstrabant. His utrum  
**A. C. 1438.** que allatis Sessioni finem imponebant.

## §. CXX.

*Sessione VIII. Ferrariensis Synodi.*

**G**raeci ea, quæ Andreas Rhodius nominaverat, Latinorum proposuerat, habita inter se consultatione discusserunt, & Bellarionem Nicænum nominarunt, qui horum argumentis satisfaceret, quod etiam præstitit in Sessione octava die Sabbati prima Novembbris celebrata.

## §. CXXI.

*Sermo Bessarionis contra additionem  
vocis: Filioque.*

*Cone. gener.* **P**raeprimis Bessarion probatum reddere  
*to. 13. p. 130.* conabatur, lege cautum esse, ne ulla  
*& seq.* symbolo fieret additio; quocirca, inquit,  
*quid vobis erit usui, quod probaveritis vo-*  
*cem illam, ex Filio, explicationem esse u-*  
*non?* nam ut a nobis rejiciatur, satis  
*perque est, nosse, quod a vobis quicquam*  
*additum fuerit, haud ecquidem fidei*  
*explicare interdictum est, ejusmodi tamen*  
*explications symbolo intrudere, omni-*  
*no prohibitum: imo demus etiam vobis,*  
*quod talis additio permitta fuerit usque*  
*ad tempus, quo secunda Synodus ce-*  
*lebrabatur: ast cum tertium Concilium*

id diserte prohiberet, haud amplius erat sacerdotalium. XV.  
licitum; explodenda enim, ac supervacua A.C. 1438.  
canea foret ista Synodi lex, si tantum ea,  
quæ antiquæ fidei contraria sunt, adde-  
re vetusset; hoc enim nunquam permis-  
sum, sed semper interdictum fuit. Quini-  
mo hujus Concilii Patres vocem illam  
(Deipara) id temporis adeo necessariam,  
quæque in sacro Symbolo continetur apertissi-  
me, quamvis opus esset addere, non addide-  
runt, legem a se latam facto comprobantes.  
Denique ipsa Concilia, quæ subsequeban-  
tur, suas definitiones, et si tantum doctrinæ  
in Symbolo contentæ explicatio fuissent,  
eidem tamen inserere non præsum-  
pserunt.

### §. CXXII.

#### *Sessione IX. Concilii Ferrarensis.*

Habita est die Martis quarta Novembris *Conc. Gener.*  
Sessione ordine nona, in qua Bessarion, <sup>tom. 13. p.</sup>  
suam orationem præcedenti Sessione cæ- <sup>150.</sup>  
ptam, ob angustias temporis tamen inter-  
missam repetiit, integre argumentis, quæ  
Andreas Rhodius proposuerat, responsu-  
rus. Pluribus itaque demonstratum ibat,  
Sanctum Cyrillum, & Agathonem Pa-  
pam non modo ea, quæ ipsam fidem la-  
befactarent, symbolo addere vetusset, sed  
etiam quamcunque additionem rejecisse.  
Cum vero Rhodius Romanam Ecclesiam  
sua auctoritate ac potestate quicquam  
Sym-